# JULII CAPONI INSTITUTIONES CANONICÆ

IN DUOS TOMOS DISTRIBUTÆ.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

# JULII CAPONI,

## JURISC. NEAPOLITANI, THEOLOGI, PHILOSOPHI, AC COMITIS PALATINI,

# INSTITUTIONES CANONICÆ,

*JUXTA*

FAMILIAREM TRACTANDI JURIS CANONICI Rationem & Methodum, ac vulgarem ipſius in plurimos tùm TITULOS, tùm PARAGRAPHOS diſtributionem ordinatæ.

*IN QUIBUS*

QUIDQUID AD NATURAM, ESSENTIAM, VARIASQUE JURIS ejuſdem Proprietates atque Diviſiones refertur, ſedulò tractatur & abundè cumulatéque diſcutitur.

*Opus in* QUATUOR LIBROS, TOMOS *verò* DUOS *diſtributum, omnibuſque* JURIS CANONICI *Studioſis nedùm ſatis utile, ſed etiam omninò neceſſarium.*

Cum Duplici Indice locupletiſſimo tam Summariorum, quàm Rerum in Corpore deſcriptarum.

EDITIO NOVA DENUO REVISA, EMENDATA, ATQUE AUCTA.

TOMUS PRIMUS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

COLONIÆ ALLOBROGUM,

Sumptibus MARCI-MICHAELIS BOUSQUET & Soc. Bibliop. & Typograph.

MDCCXXXIV.

# BIBLIOPOLÆ AD LECTOREM.

QUONIAM ſuperioribus annis, quæ jam in lucem edita fuerant, aliquorum Eximii Viri JULII CAPONI magnæ prorsùs exiſtimationis Operum Editio Nova noſtris ex Typis iterùm prodiit; & ab omnibus, quotquot ſunt, Hominibus delicatioris ac ſubtilioris palati, fuit ſummo cum plauſu ſuſcepta: Operæ pretium facturos nos eſſe confidimus, ſi, qui ſupererant, de JURE CANONICO nonniſi prælis antiquioribus jampridem ſubmiſſos ejuſdem Ingenii partus eruditiores Typorum eorumdem noſtrorum ope Publici Juris rurſùm efficeremus. Quod quidem Propoſitum noſtrum non ſola, quæ plurima eſt in Autore, Commendatio Nominis excitavit; verùm etiam animos addidit tùm ipſius INSTITUTIONUM CANONICARUM excellentia, tùm ipſa, quam profitemur, aſſidua de Viris Studioſis optimè merendi propenſio. Neque enim futura res eſt, ut ſperamus, ingrata, quin immò omninò perutilis ac ſummoperè neceſſaria, ut quæ de JURE PONTIFICIO CAPONUS noſter adeò feliciter elucubravit, lucem iterùm aſpiciant, & eorum inſerviant utilitati, quibus Studium Juris ejuſdem familiare eſt. Atque ita futurum eò magis autumamus, quòd propter Priores eorumdem Operum Editiones ferè penitùs exhauſtas, ipſa ad eam penuriam redacta ſint, quæ vix ac ne vix quidem ſinat, ut jam valeant hodiè reperiri.

Quamobrem in iſtam Novam CANONICARUM INSTITUTIONUM Editionem, quantùm pro virili parte licuit, incubuimus, & eaſdem in *Quatuor Libros* partitas in DUOS TOMOS diſtribuimus, adhibitâ, ut par erat, eâ diligentiâ, quæ & Autoris promerito, & ipſius Operis præſtantiæ reſponderet. Prodit igitur hæc noſtra recens Editio nitore tam Carthæ, quàm Litterarum omninò decorata, & ab omnibus aut ſaltem notabilioribus, quibus Eximium iſtud Opus fuerat anteà conſ-

purcatum



# INSTITUTIONUM CANONICARUM

AUCTORE

# JULIO CAPONE,

JURISCONSULTO NEAPOLITANO.

## LIBER PRIMUS.

---

## PRÆFATIO.

JURIS CANONICI INSTITUTIONES repetiturus, cùm turpe ſit de aliqua re tractationem ſumere, ſuis non repetitis natalibus, ut *l.* 1. *&* 2. *ff. orig. jur.* breviter exponere oportet plura: quod quidem jus noſtrum Pontificium, ſive Canonicum ſuam originem habuit à S. Petro, cæteriſque Apoſtolis, ut obſervat *Abb. cap. firmiter de ſumm. Trin. & fid. Cathol.* quod quidem in anno Chriſti 44. conſtitui cæpit; conſtituerunt enim Apoſtoli plures Canones, prout in tota *diſt.* 16. ex quibus Apoſtolis fuerunt conditi ſolum 30. ſecundùm *Card. Baron. tom.* 2. *ann. Chriſti* 102. *num.* 16. Dicunt alii 70. Canones fuiſſe per Apoſtolos conſtitutos, prout colligitur ex quâdam *epiſt. Pontificis Zefer.* de quo *Card. Bellarm. lib.* 3. *cap.* 2. Quapropter omnes alii Canones ſunt Apochryphi, ſive non Apoſtolorum. Dicuntur autem Apochryphi, non ut malè putat *Gloſſ. in can.* 4. *diſt.* 16. ſcilicet ſine certo Authore, quam *Gloſſ.* ſequitur *Covarr. lib.* 4. *var. cap.* 17. ſed dicuntur Apochryphi, quia non eſt certum, utrum ſint Canonici, quamvis ſatis conſtet, nullos in illis inveniri errores, quia ſi Apochryphi dicerentur, quia ſunt ſine certo Authore, tunc ſequeretur, quòd liber Judicum, ſive Judith, Job, Machabeorum-ve, cæterique ſimiles, quorum authores ignorantur, dicerentur Apochryphi, quod falſum eſt, *tex. Baron. ubi ſup.* licèt igitur cæteri Canones uſque in numerum 60. ſint authentici, ſive Pontificiam auctoritatem habeant, *cap.* 3. *cap. placuit* 16. *diſt.* non tamen ſunt ſacri, ſive Divinæ Scripturæ pars, ut patet ex *Trident. decr. de Canon. ſcriptoribus* ubi omnes numerans, de iſtis Canonibus nullam mentionem facit, prout dicunt DD. cum *Bellar. lib.* 2. ſunt igitur Apochryphi propter illam cauſam, quia certum non eſt, utrum ſint libri ſacri, ſive Canonici, ſicut *liber* 3. *cum* 4. *Propheta Æſdr.* 3. *cum* 4. *Machab.* cæterique alii, ut ex *Bellar. ſup.*

# JULII CAPONI,

JURISC. NEAPOLITANI, THEOLOGI, PHILOSOPHI, AC COMITIS PALATINI,

# INSTITUTIONES CANONICÆ,

*JUXTA*

FAMILIAREM TRACTANDI JURIS CANONICI Rationem & Methodum, ac vulgarem ipſius in plurimos tùm TITULOS, tùm PARAGRAPHOS diſtributionem ordinatæ.

*IN QUIBUS*

QUIDQUID AD NATURAM, ESSENTIAM, VARIASQUE JURIS ejuſdem Proprietates atque Diviſiones refertur, ſedulò tractatur & abundè cumulatèque diſcutitur.

*Opus in* QUATUOR LIBROS, TOMOS *verò* DUOS *diſtributum, omnibuſque* JURIS CANONICI *Studioſis nedùm ſatis utile, ſed etiam omninò neceſſarium.*

Cum Duplici INDICE locupletiſſimo tum SUMMARIORUM, quam RERUM in Corpore deſcriptarum.

EDITIO NOVA DENUO REVISA, EMENDATA, ATQUE AUCTA.

TOMUS SECUNDUS.

COLONIÆ ALLOBROGUM,

Sumptibus MARCI-MICHAELIS BOUSQUET & Soc. Bibliop. & Typograph.

M D C C X X X I V.



# INSTITUTIONUM CANONICARUM

*AUCTORE*

# JULIO CAPONE,

JURISCONSULTO NEAPOLITANO.

## LIBER TERTIUS.

### *TITULUS PRIMUS.*

### De Judiciis, et illorum divisione.

AGITUR in hoc Tertio Libro de Judiciis pecuniariis, ſeù civilibus; ad cujus intelligentiam.

Sciendum eſt primo, hoc nomen Judicii diverſas habere in jure ſignificationes, quas explicant *Marantapar.* 1. *de ordine judiciorum à num.* 1. *Menochius de arbitr. q.* 81. *num.* 14. communiter tamen ex *gloſſa in §. praterea, inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtam.* quam commendant *Decius in rub. de judic. lect.* 1. *n.* 10. *Perez in rub. tit.* 1. *lib.* 3. ethimologitur, ut ſit legitima rei controverſæ inter litigantes apud Judicem diſceptatio, ſeù tractatio, quam ethimologiam approbat *Vaſſembechius in paratitiis ff.* &c. & *Hermannus Vulteius de juriſprudentia Romanorum, lib.* 1. *cap.* 1. *arg. tex. in cap. forus de verb. ſignif.* Definitur verò diverſimodè, ſed melior definitio eſt, ut ſit actus trium perſonarum, Judicis, Actoris, & Rei in judicio contendentium, ità *Goffredus in ſumma de Judiciis*, *Hoſtienſis in eodem tit. §.* 1. *Bald. in rubrica, ff. de judiciis*, *Abbas in rubrica extrà eodem*: poſt alios *Camillus Borrellus in ſumma deciſionum tit.* 43. *num.* 10. *Pater Fragoſius de Republica chriſtiana lib.* 5. *diſp.* 12. *§.* 1. *num.* 1.

Dices, ſolet quandoque eſſe Judicium ſine Actore, ut quandò Judex ex officio inquirit, *cap. qualiter, & quandò il.* 2. *de accuſat.* quandoque ſolet eſſe ſine Reo, ut quandò Judex inquirit generaliter ſuper notorio crimine ad inveniendum malefactorem, non contrà certam perſonam, ut declarat *Innocentius in cap. bona de electione*, ergò mala definitio.

Reſpondeo primò, quòd debet accipi judicium ex communiter accidentibus, nam communiter ſolent tres perſonæ adeſſe; undè meritò per frequentiora datur definitio, argum. *l. nam ad ea. ff. de legibus.*

Reſpondeo ſecundò, quia quandò proceditur per inquiſitionem ſaltem fama ſuccedit loco accuſatoris, ut *in d. cap. qualiter, & quandò*, & ſic extat ex juris fictione talis accuſator, & deficiente fama, ſunt alia indicia loco accuſatoris, & actoris, quæ indicia ſi ſint urgentia, inducunt indicium ſufficiens ad torturam, & ſi ille confitetur, nullus eſt major accuſator, quàm ipſe ſui ipſius, *cap.* 1. *de confeſſis in* 6. *cap.* 1. *&* 2. *de accuſ. in* 6. quòd ſi non ſint aliqua indicia, neque fama, neque accuſator, neque denunciator, nullo modo erit judicium, & ſic dicta definitio non procedit.

Dices ſecundo, obſtat tex. *in cap. forus de verb. ſignif. & in c.* 1. 4. *q.* 4. ubi habetur quatuor perſonas in judicio eſſe neceſſarias, videlicet Judicem, Ac-